

Vir magnifice et nobilissime.

Qua sit nupta excusationis mea fides, hoc tempore cognosces. Nam qui antea ad negligentia usque, culpam scriptiois distuleram officium, nunc, licet nondum responso exhilaratus, primam tamen occasionem avidè arripio; ut appareat, prius mihi non animum ac voluntatem sed commoditatem defuisse. Hanc vero occasionem cò lubentius sum amplexus, quod, quamvis nullum prò manu esset epistolæ argumentum, nihil tamen aptius contingere mihi posse existimarem, ad animum et opinionem de TE meam clarissimè significandum. Bajulus harum literarum Johannes Daniel Berkenus juris studio deditus est, domo Ninda, ex honesta familia. Is cum ad ingenii culturam capiendam celeberrimum illud literarum emporium Lugdunum vestram petens hac transiret, literas mihi obtulit à patris urbis medico, viro optimo, ad me scriptas, quibus flagitabat, ut is adolescens mea commendatione ad literarum Antistites, qui sunt in vestra Academia, deduceretur. Tanta scilicet est apud nostros virtutis vestra opinio, ut et nos, at quot humanationes?, facili negicio jus aliquod in humanitate vestra obtinere potuisse credant. Ego vero mihi videbar, si negarem, et detrachere laudi, et conscientiam civitatis vestra refutare. Non autem præter TE, vir excellentissime, occurrit mihi, cui rectius adolescens iste commendaretur, et apud quem minori dispendio impudens esse possem, et quem nosse, cuiq; familiaris esse ipse mallet. Quamquam vero bene ingeniatis, et quod primum est, moratis juvenibus sciam non tantum ardes, sed et pectora vestra patere, ut aliena commendatione neutiquam egant; facile tamen patietis, me abuti ad ambitionem meam TUA liberalitate, ut, si homines existiment, me aliquid posse apud Magn.<sup>am</sup> Tuam, aliqua redundet ad me gratia vestra benignitatis. Ego hoc fero cò audentius, quod verecundia ejus, quam in primo con.

gressu animadverti, videbatur bonam indolem et probi-  
tatem ac virtutem polliceri. Quid si igitur J.<sup>a</sup>  
Magn.<sup>tia</sup> huic juveni non tantum se favorem praeberit,  
sed et, ne parum videar petisse, apud virum clarissimum  
D<sup>no</sup>m Petram Cunaum ceterosq<sup>ue</sup> legum doctores effecerit,  
ut omnium quidem favore, alicujus etiam convictu, si  
commodum, uti frui possit, magnam à me inibit gratiam.  
Nec tamen ego habeo, quo vestram remunerer libera-  
litate, quam, quod jam artea totum possidetis, meipso.  
Ego meis verbis salutem cum omnibus vestrae Academiae  
professoribus, tum nominatim fautoribus meis dici per-  
velim. Vale, vir maxime, et me ama. Dabam 22.  
Septembris A. veter. Anno 1631.

Magnif.<sup>a</sup> J<sup>a</sup>

observantissimè

James Coch.

hunc p[er]  
 et p[ro]p[ri]e sig  
 t[er]m[in]e censeat.  
 si b[ro]m[us] a[ss]e[re]t  
 e[um] p[ro]cor, ut  
 p[ro]p[ri]e v[er]o, sanitate e-  
 t plurimis abq[ue]  
 h[is] r[ati]o p[ro]p[ri]e per-

ad p[er]  
 i[us]t[us]  
 a[ss]e[re]t  
 h[is] r[ati]o  
 p[ro]p[ri]e

p[ro]p[ri]e

Magnifico et nobilissimo viro  
Dno. Danieli Heinsio, equiti  
D. Marci, Serenissimi Suecicæ  
Regis Consiliario et historio-  
grapho, in celeberrima Batavica  
Academia professori, do-  
mino et fautori meo observando.

Leidam